

- A** rebat vt super eam caput inclinâdo adoraret deum. Quid est ergo, Adorauit super cacumen virge eius: id est, filij sui Ioseph? An forte tulerat ab eo virgam, qñ ei iurabat idem filius: & dum eam tenet post verba iurantis, nondū illa reddita, mox adorauit deum? Nō enim pudebat eum ferre tantisper in signe potestatis filij sui, vbi figura magnæ rei future præsignabatur: quāuis in Hebræo facillima huius quæstionis absolutio esse dicatur, vbi scriptum perhibent, Et adorauit Israel ad caput lecti, in quo vtiq; senex iacebat: & sic positum habebat, vt in eo sine labore, quādo vellet, oraret: nec ideo tamen quod septuaginta interpretati sunt, nullum vel leuem sensum habere putandum est.
- CLXIII** Etiam hic cōmemorans Iacob
Gen. 48. promissiones dei erga se factas, dicit sibi dictū, Faciam te in congregationes gentium: quibus verbis magis fidelium vocationem significat, quā carnalium generis propagationem. Quod scriptum est dicente Iacob de Efrē & Manasse, Nunc ergo filij tui duo, qui facti sunt tibi in terra Aegypti priusquam ad te venire in Aegyptum, mei sunt. Efrē & Manasses, tanquam Ruben & Simeon erunt mihi: natos autem si generis postea, tibi erunt in nomine fratrum suorum, appellabuntur in fortibus eorum. Fallit legentes aliquando, vt existimant ita dictum, tāquam si alios genuisset Ioseph, istorum nominibus eos Iacob appellari præciperet, quod non ita est. Verborū quippe ordo cōtextitur, Nunc ergo filij tui duo, qui facti sunt tibi in terra Aegypti priusquam ad te venire in Aegyptum, mei sunt, Efrē & Manasses: tanquam Ruben & Simeon erunt mihi, in nomine fratrum suorum appellabuntur in fortibus eorum: Hoc est, simul hæreditatem capient cum fratribus suis, vt simul vocentur filij Israel. Duæ quippe ipsæ tribus adiunctæ sunt, vt excepta tribu Leui, quæ sacerdotalis fuit, duodecim essent quæ terram diuerterent, & decimas præberent. Illud autem interpositum est, quod de alijs filijs Ioseph si nasceretur dixit. Quod Iacob filio suo Ioseph tanquam nescienti voluit indicare, vbi & quando sepelirer matrem eius, cum & ipse simul fuerit cum fratribus suis: sed etiam erat tam paruus ætate, vt illud vel curare vel omnino retinere non posset, quæ res compulsi modo dici, Nisi forte ad rem pertinuit commemorare ibi sepultam matrem.
- CLXVI** Ioseph, vbi Christus fuerat nasciturus. Quod
C ita benedixit nepotes suos Israel, vt dexterā manū minori imponat, maiori autē sinistram: & hoc filio suo Ioseph volenti corrigere quasi errantem atq; nescientem, ita respondit, Scio fili mi scio, & hic erit in populum, & hic exaltabitur, sed frater eius minor maior illo erit, & semen eius erit in multitudine gentium: Hætenus de Christo accipiendū est quatenus etiā de ipso Iacob & fratre eius dictū est, quia maior seruiet minori. Secundum hoc enim significauit aliquid propheticæ hoc faciendo Israel, quod populus posterior per Christum futurus regeneratione spiritali, superaturus erat populū priorem de carnali patris generatione gloriantem. Quod Sichimā dicit Iacob præcipuam dare filio suo Ioseph, & addit, q̄ eā possederit in gladio suo & arcu: Quæri potest quem admodum valeat ad literam conuenire, Emit enim centum agnis possessionem illam, non cepit iure victoriæ bellicæ. An quia Salem ciuitatem Sichimorum filij eius expugnauerūt, vt iure belli potuit ei fieri, & iustum bellum cum eis gestum videatur, quia tantam priores iniuriam fecerunt in eius filia contaminanda? Cur non ergo illis illam terram dedit, qui hoc perpetrauerūt, hoc est maioribus filijs suis? Deinde si modo ex illa victoriā glorians, dat eam terram filio suo Ioseph, cur ei displicuerunt tunc filij qui hoc commiserunt? Cur deniq; etiam nunc, cum eos benediceret, exprobrando id commemorauit in Tomus quartus.
- CLXVII**

factis eorum? Proculdubio ergo aliquod hic latet D propheticum sacramentum: quia & Ioseph quadam præcipua significatione Christum præfigurauit, & ei datur illa terra, vbi disperdiderat obruendo deos alienos Iacob, vt Christus intelligatur possessurus gentes dijs patrum suorum renūciantes & credentes in eum. Videndum quomodo dicant scripturæ, CLXVIII quod assidue dicunt de mortuis, Et appositus est ad Gen. 49. patres suos: vel appositus est ad populū suū. Ecce enim de Iacob dicitur iam quidem mortuo, sed nondum sepulto: & ad quem populū apponatur, non in promptu est videre. Ex illo enim populus prior nascitur, qui dictus est populus Israel: qui vero eum præcesserunt, tam pauci iusti nominantur, vt eos populū appellare cunctemur. Nam si dictum esset, appositus est ad patres suos, nulla quæstio fieret. An forte populus est, non solum hominū sanctorum, verum & angelorum, populus ciuitatis illius, vnde dicitur ad Hebræos, Sed accessistis ad montem Sion, & ad ciuitatem dei Hierusalem, & ad militia angelorum exultantium. Huic populo apponuntur qui post hanc vitam placentes deo fiunt. Tunc enim dicitur apponi, quando nulla iam remanet sollicitudo tentationū, & periculum peccatorum. Quod intuens ait scriptura, Ante mortem ne laudes hominem quenq;. Quædraginta dies sepulturæ, quos cōmemorat scriptura, forte significat aliquid poenitentiae, qua peccata sepeluntur. Non enim frustra etiā quædraginta dies ieiuniorum sunt constituti, quibus Moyses & Helias, & ipse dominus ieiunauit: & Ecclesia præcipua obseruatione ieiuniorū quadragesimam vocat. Vñ & in Hebræo de Nininitis apud Ionam Propheta scriptum perhibent, Quadrageinta dies & Ninive euertetur, vt per tot dies accommodatos videlicet humiliationi poenitentium, intelligatur ieiunij sua defuisse peccata, & impetrasse misericordiam dei. Nec tamen putandum est istum numerum ludui poenitentium tantūmodo cōuenire: alioquin nō quadrageinta dies fecisset dominus cum discipulis suis post resurrectionem, intrans cum eis & exiens, māducās & bibens, qui dies vtiq; magnæ lætitiæ fuerūt. Nec septuaginta interpretes, quos legere consuevit Ecclesia, errasse credendi sunt, vt non dicerent quadrageinta dies, sed triduum & Ninive euertetur. Maiore quippe autoritate præditi quā interpres officium est, propheticū spiritu, quo etiam ore vno iuis interpretationibus, quod magnū miraculum fuit, cōsonasse firmatur, triduum posuerūt: quāuis nō ignorent quod dies quadrageinta in Hebræis codicibus legerentur: vt in domini nostri Iesu Christi clarificatione intelligerentur dissolu aboleriq; peccata, de quo dictū est, Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostrā. Clarificatio autē domini in resurrectione & in cœli ascensione cognoscitur. Vnde & bis numero, quāuis vnū & eundem spiritum sanctū dedit: primo postq; resurrexit, iterum posteaq; ascendit in cœlū. Et quoniam post triduum resurrexit, post quadrageinta autem dies ascendit, vnum horum quod posterius factum est, p numerum dierum codices Hebræi significant: alterū autem de triduo, quod ad eandē etiā rem pertinet, septuaginta cōmemorare, non interpretationis seruitute, sed prophetiæ autoritate voluerunt. Nō ergo dicamus vnum horum falsum esse, & pro alijs interpretibus aduersus alios litigemus, cum & illi qui ex Hebræo interpretantur, probent nobis hoc scriptum esse quod interpretantur: & septuaginta interpretum authoritas, quæ tanto etiam diuinitus factū miraculo commendatur, tanta in Ecclesijs vetustate firmetur. Quod mandauit Ioseph ad poenitentes Aegypti, vt dicerent Pharaon nomine eius, Pater me adiuuauit me, dicens, In monumento quod ego

d iij fodi

CLXVIII

Gen. 49.

Heb. 12.

E

Eccl. 11.

CLXIX.

Gen. 50.

Ionæ. 3.

F

Roma. 4.

CLXXX.